sacrilegis ydolorum mancipate ritibus: et supersti
tiosis erroribus delusae nationes ille. veri
dei fidem et cultum audierant quidem sed multis su
scipere contempserant. Sic enim loca aquilonis proxima
inhabitabant: ita familiariter eas possederat et
tenacioris glacie infidelitatis astrinxerat aqui
lo ille a quo panditur omne malum super universam
faciem terre. Et cuius faciem ollam succensam vidit
ieremias: et qui in ysaia iactanter profert super
astra celi exaltabo solium meum sedebo in mon
te testamenti in lateribus aquilonis. Verum magnus
dominus et laudabilis nimis: qui de lateribus edificat
civitatem suam: austri placido flamine aqui
lonis dissipavit duriciam. et gentium efferatas
obstinatos ac feroces animas calore fidei tandem
mollivit. Audierunt auditum a domino. et lega
tos ad illas gentes misit precones verbi sui qui veri
tatem que est in Christo ihesu. partibus illis predicaret.
cultum everteret ydolorum. credentibus vitam
indeficientem et gaudia eterna promitteret. in
credulos et rebelles futuri iudicii et perhennis
supplicii metum decerneret. Illis tunc ut christiane
provincie preerat gloriosus rex olavus. qui licet gen
tilis natus. tamen benignus erat et ad honesta quoque
sequenda. quanta mentis ingenuitate promptissimus.
Hic evangelice veritatis sinceritate in anglia
olim comperta: fidem toto admisit pectore. et
ad baptismi gratiam in urbe rotomagi de
vota animi alacritate convolavit. Puri
ficatus igitur lavacro salutari. repente muta
tus est in alium virum. et iuxta quod apostolus ait: conse
pultus Christo per baptismum in mortem. obiit quem

[illegible] exercitium. In novi-
tate vite suscepte religionis perfectissime obser-
vantie ambulabat. Sordebat ei omnis vana de-
lectatio et terreni regni gloria pre dulcedine ce-
lestis vilescebat.
Et regali constitutus fastigio, spiritu pauper erat. Et
cum negociis implicaretur, nichilominus meditabatur
celestia. Quicquid divina lex prohibet vehementer
abhorrebat; quicquid precipit ardentissimo comple-
ctebatur affectu. Nec propria salute contentus,
populos quibus divina dispensante providentia
prefectus erat, ad fidem vigilantissima convertere ni-
tebatur instantia. In novo rerum ordine rex
apostoli vice fungens, ipse dux verbi Christi gratiam
passim omnibus predicabat. Non nullos etiam pre-
dicationis gratia que diffusa erat in labiis eius a
nefandis demonum cultibus ad agnitionem
et reverentiam sui creatoris reduxit. Non
nullos ad seculi contemptum et amorem superne
patrie mirabilis eius devotio et vita conti-
nentissima medullitus inflammavit. Cuius enim
obstinationem, cuius duritiam insignissimi
sermo dulcis et sapientia plenus spiritali
non frangeret? Cuius torporem et desidiam con-
versatio singularis illius non excitaret? Ve-
rumtamen in medio nationis prave et perverse po-
situs, licet multos converteret, quam plurimos tamen
habebat adversarios fortes et potentes, in
quibus maiorem locum sibi vendicabat volun-
tas quam pietas, consuetudo quam ratio, animi
preceps impetus quam amor veritatis. Hii no-
bilissimi Christi martiris predicationi et operibus sanctis to-
tis nisibus obviabant et vias rectas evertere
conabantur. Iustus autem ut leo confidens absque
terrore erat et iuxta exemplum beati Iob non ex-
pavescebat ad multitudinem nimiam, nec
despectio propinquorum terrebat eum, nec adversan-
tium minis vel insidiis a tam pia predicatio-
nis constantia. Ihesu bone quantos labores,
quantas persecutiones sustinuit, antequam populum
incredulum et sibi contradicentem a sua posset
perversitate deflectere. Votum siquidem erat illi
non solum ut in Christum crederet, sed etiam ut pro illo
pateretur. Nec solum patriam, non solum temporalis regni
diadema pro Christo paratus erat deponere, sed

etiam pro corona martirii ad perhennem glo[illegible]
diorum pertingere [illegible] desiderabat.
3 O quam devote caritatis flagrantia, quam
fidei fervor excellentissimi Christi martiris
pectus accenderat, qui in medio gentium idolo-
latrarum constitutus, quibus iuxta Salomonem confiden-
tibus in stultitia sua minus tutum erat occurre-
re quam urse servienti raptis catulis, non cessa-
bat tamen salutare fidei verbum quod abhorrebant
publice et privatim quantiscumque posset ingerere.
Plurimum profecit in brevi, et innumerabilem domino
multitudinem acquisivit. Confluebant ad bap-
tisma certatim populi, et numerus credentium
augebatur in dies. Confringebantur statue, suc-
cendebantur luci, evertebantur delubra. Ordi-
nabantur sacerdotes, fabricabantur ecclesie. Offe-
rebant denaria populi devotione et alacrita-
te. Erubescebant ydolorum cultores, confun-
debantur qui confidebant in sculptili, et in multis
illius regionis partibus fidelium depressa mul-
titudine mutire non audens omnis iniquitas
oppilavit os suum. Exultabat rex plusquam
credi potest, laborum suorum gratissimos fructus
iam in presenti percipiens. Non cessabat autem in-
defessus evangelii predicator nunc obstinatos
convincere, nunc instruere rudes, nunc in fide te-
neros confirmare. Nichil regii fastus, nichil ty-
rannidis in suos exercebat subiectos, immo
omnibus exempla prebebat magne humili-
tatis et mansuetudinis. In suo etiam
principatu quibus preerat prudens, nobiliores
quia et potentiores per potentiam humilio-
res opprimerent, leges divinas et huma-
nas multa plenas et mira compositas discre-
tione scripsit et promulgavit. In quibus cuius-
cumque conditionis ius assignavit. In illis etiam
quantum liceret prelatis in subiectos et quantam sub-
iecti reverentiam exhiberent erga prelatos cer-
tis limitibus discrevit. Ibi modestissimus et e-
quissimus arbiter sapienter considerans plerumque
reges potestate sibi concessa superbe abuti
in subditos, legum rigore regale cohercuit
et refrenavit licentiam. In illis legibus claret
quam sollicitus erga religionem, quam devotus
erga deum, quam benignus erga proximum rex

…centie ut corpus deponerent et sepulture
commendarent. Cumque aduenirent ut eum susti
lerent. unus eorum ascendit arborem cui suspen
sus adherebat. que ex quodam promunctorio alte
[illegible]minebat. Cuius summitatem cum predictus
iuuenis serpendo attingeret. uibrato
ictu ligamen quo sustentabatur precidit. Quod cum
[illegible]ret corpus miserabile in tale precipicium teter
[illegible]it. ut magis in breui crederet comminui:
quam etiam uiuenti salus posse sperari. Sed nec
casus asperitas. nec iminentia scopuli po
terat inferre grauamen: cui per iusticia martiris
meritum prestiterit iuuamen. Cuius statim quasi resolu
to sopore resedit. uisionem uelut sompnium
recolens. Sed postquam descendente algore
[illegible]igore martiris accederet. et resumpto spiritu pau
latim conualesceret. ad sancti martiris limina prope
rauit et rem per se esse gestam et multorum
testimonio approbatam: ad laudem dei ex ordi
ne eius loci archiepiscopo et fratribus exposuit.
[In] ciuitate illa in qua preciosus ille thesaurus
reliquiarum beati martiris olaui habetur. erat mu
lier quedam diutina ephipolentici morbi ue
xatione grauata. que cuidam iuueni huiusmodi
[illegible]paro nuptiis traditur. Celebratis igitur omnibus que
de more nuptiarum ordo petebat nocte
[illegible]ta illis iacentibus: infirmitas reuertitur. et elisa
[illegible]pa uolutabat spumans. corpus autem quasi
[illegible] anime factum in horribile mutato colore
[illegible]uertit formam. Quod cum maritus cognosce
ret infelicissimum se clamat quem adeo ireme
diabili malo peccatis exigentibus tam indisso
lubili coniugio sociari. Querit tamen ex quo contigit
[illegible] si ullis medicamentorum leuamen quandoque
[illegible]perceperit. At illa singulis se fere mensibus ta
[illegible]. nec quemquam medicorum sibi fatetur con
[illegible]re sollertiam. cuius dolorem cum ex uultus
[illegible]tione perciperet ex mariti compassione. non
[illegible]minus quam propria infirmitate mulier torquetur.
[illegible] his uero posita angustiis gloriosam uirginem
mariam misericordie scilicet matrem et sanctum o
lauum iugi prece interpellabat. ut suos dolo
res ope leuaminis terminaret. Conuento
[illegible]que sacerdote suo quod fragilis caro sugges
serat. confessa est. et propositis sine miserie

[illegible]tantis de remedio [illegible] Ihesus cum
diuino instinctu ad euangelium confugisset [illegible]
dum eis proferre: hoc genus morborum non posse eici
nisi in oratione et ieiunio. His autem ammonitio
nibus. simul cum marito ad ecclesiam beati
martiris olaui ambo conueniunt. et allatis
copiosis luminaribus illius sacre noctis
excubias cum aliis diuersis infirmitatibus
oppressis tota deuotione ieiunii peregerunt.
Erat namque die sequenti ipsius martiris uotiua sollep
nitas. Celebrato itaque a fratribus nocturnali offi
cio uti sollepnitati competebat. quo gloriosus christi
athleta martirio coronatus domum reuertitur. ex temporis
successus approbatione perfectam sospitatem con
secuta. Illa cum tanta esset nimia uehementia ut
nullo fere a iuuentute mense omisso uexa
retur: post perceptam gratiam nec etiam uisitationem quan
doque inde sentitur. Quibus primo modum ex percepto
beneficio tanta accrescit deuotio ut singulis
annis eadem martiris uigilia ieiuniis precibus excu
biis et elemosinis deo studiosissime famulantur.

In ciuitate quadam ruscie que holmgard appel
latur. contigit tale incendium subito euenisse ut
totius urbis uastatio uideretur imminere. Cuius
habitatores nimirum timore resoluti. ad quendam
latinum sacerdotem nomine stephanum. qui in ecclesia sancti
olaui ibidem ministrabat. catuatim confluunt.
ut in tanta necessitate experiantur beati martiris
merita. et certis probent experimentis. quod de ipso
fama referente didicerant. Sacerdos autem haut
segnis. eorum fauet uoluntati. ymaginem eius
arripit. brachiis suis ignibus opposuit. sed nec
ignis ulterius progreditur. et pars reliqua ciuitatis
ab incendio liberatur.

Miles quidam de brittannia
adueniens: scelus inauditum exposuit. cuius ple
nitudinem certis monstrauit indiciis. Contigit
itaque militem cum fratre proprio pro quadam hereditate con
tendere. ex quo odii fomite in tantam prorupit insa
niam: ut fratrem eundem patrem et matrem cum ictum
prohibere uellet gladio perimeret. Abhorrens
itaque reus tanti sceleris inmanitatem. ad ipsam
consolationis gratiam conuerti queat: nolo mor
tem peccatoris. sed magis conuertatur et uiuat. Vnde
crucem domini non angaria suscepit. sed cum petro spon
taneus accurrit. cuius lacrimis incitatur ad

penitentiam: in gratia roboratam aduenim. Hic de
remotis partibus ad limina beati martiris olaui
fama miraculorum ducente peruenit. duo adhuc
de pluribus quibus astrictus fuerat ferramentis in aliis
circumferens membris. Ipso itaque sancto die pente-
costes inchoante choro sacra missarum sollempnia.
ad nomen spiritus paracliti iure accessit consolatio.
Nam de brachio et genu strepitu in lapideum pa-
uimentum mirantibus omnibus ferrum resiluit. Hic
itaque beneficii munere perlibato. spe animatus
de reliquis impetrando. Inde nimirum est quod natale
beati martiris expectare decreuit: in quo uberiori mi-
raculorum insignia prestari audierat querentibus.
Cumque ea die corpus sanctum in ecclesia portaretur. a tactu
pharetri gladius quo scelus perpetrauerat. a collo
decidit in partes confractus. ut eo fit de mira-
culo fama gloriosior. quo de remotis partibus turba
confluxerat copiosior. Finem imponamus pagine.
tedium afferat prolixa narratio. Onerosum enim
et difficile. et prope impossibile est omnia mandare lit-
teris: que ad declaranda merita martiris sui operatus
est. et iugiter operatur ihesus christus dominus noster ihesus. Qui cum patre et spiritu
sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen. Capitulum.

Viriliter rex olauus diuini amoris gloriosus
igne succensus: et diuine uisionis clari-
tate confortatus ad locum passionis constans et exul-
tans accessit: et per proprii sanguinis effusionem ad
palmam felicitatis et iocunditatis eterne peruenit.

Deus qui es regum omnium corona et martirum. Collecta.
uictoria annue nos beati olaui regis
et martiris pia apud te experiri patrocinia. ut per
tuam qui in eius glorificatus passione magnifice-
tiam. coronam uite diligentibus te percipiamus re-
promissam. Per. Felicis. simplicii. faustini. beatricis.

Presta quesumus domine deus noster ut sicut populus christianus Collecta.
martirum tuorum felicis. simplicii. faustini. et beatricis
temporali sollempnitate congaudet. ita perfruatur eterna
et quod uotis celebrat comprehendat affectu. Per. Sup
horas diei matutinales laudes. capitulum. et responsorium. de i martire.
In ii uesperis. ps. de i martire cum matutinalibus. Capitulum.

Hodie gloriosus rex olauus habitationis
mundi domo dissoluta. domum non ma-
nufactam accepit in celis quam sibi diuina co-
operante gratia manu lingua fabrefecit in terris.
ubi iam quod sitiuit ternum eternum decorat una
stola: securus iam de reliquis. Collecta.

Deus qui nos annua beati olaui regis et martiris
... sollempnia diuinis peruenire concedis offi-
ciis. tribue quesumus ut nos semper et meritis peruenire.
et intercessionibus adiuuari. Per. Sanctorum abdon et sennen.

Deus qui sanctis tuis abdon et sennen ad hanc gloriam
ueniendi copiosum munus gratie contulisti.
da famulis tuis suorum ueniam peccatorum ut sanctorum
tuorum intercedentibus meritis. ab omnibus mereamur
aduersitatibus liberari. Per. Lectio i.

Eodem die cepit decius curiose querere christia-
nos. Et mittens auctoritate sua in uni-
uersam prouinciam. iussit ut ubicumque inuenti fu-
issent christiani manifestarent. Tunc quia non potue-
runt abscondi lucerne lucentes sub modio
posite sunt super candelabrum: ut luceret omnibus
qui in domo domini sunt. Tunc uenerunt ad decium pa-
gani: et dixerunt ei. Ecce quibus in uictoria tua
sanguinem donasti corpora christianorum colligunt.
et in predio suo recondunt: et non diis humiliantur.
nec tua precepta secuntur. ut sacrificiis honorent.

Decius dixit. Qui sunt isti profani? Responderunt. Abdon
et sennes. Eadem hora iussit decius presentari
sibi abdon et sennen. Qui cum presentati fuissent
in conspectu decii dixit eis. Sic et uos stulti facti
estis? Vel hoc recordamini quia non colentes
deos tamen estis in manu romanorum et nostras.
Respondens abdon dixit. Magis nos uictores facti
sumus deo fauente et domino nostro ihesu christo qui regnat
in eternum. Decius imperator dixit. Nescitis quia uita uestra
in manibus meis humiliatur? Respondit abdon
et dixit. Nos deo patri et domino ihesu christo humiliamur.
quia pro nostra salute dignatus est ad terram uenire
et humiliari.

Tunc iussit eos decius in arta custodia reclu-
di. uinctos cathenis. Tunc dixerunt abdon
et sennes. Ecce gloria quam semper sperauimus a deo.
Eodem die tamen fuit olimpiades et maximus no-
bilissimi uiri christiani decio imperatori. Qui cum
presentati fuissent decio. non interrogatos eos ius-
sit fustibus cedi. dicente decio. Isti sunt digni
morti tradi. non audientia ab eis requiri: quia
deos deseruit et coluit hominem mortuum. Respondit
maximus dicens. Bene dixisti mortuum: sed
quia surrexit quare non dicis? Tunc dixit decius ad eos.

morte sive in vita. Dixerunt autem omnes: Si quis ex nobis in propria domo infantes paganos habet aut aliquem affinium generale parentem adducamus eos ad beatum Stephanum ut ab eo baptizentur. Tunc iussit beatus Stephanus ut alia die in crypta nepotiana omnes congregarentur. Quod cum factum fuisset, ordinavit episcopos tres presbiteros vii diaconos et clericos sedecim et sedens docebat omnes de regno Dei. Tunc ceperunt ad eum multi ex paganis congregari ut audirent predicationem eius et baptizarentur ab eo.

Veniens autem quidam tribunus nomine Nemesius qui habebat filiam unicam, quam habens oculos a parva etate apertos nichil videre poterat, misit se ad pedes beati Stephani dicens: Baptiza me et filiam meam ut illuminetur, quia crucior in afflictione eius. Tunc beatus Stephanus dixit: Si potes ex toto corde credere, omnia ministrantur. Nemesius dixit: Credidi et credo, quia dominus noster Ihesus Christus ipse est deus, quem audivi quia oculos ceci nati aperuit, et sponte mea ad te cucurri. Hora autem vespertina benedixit fontem in titulo pastoris, et deposuit Nemesium in aqua et baptizavit eum. Et cum levaret de aqua, cepit clamare filia eius: Ecce video hominem qui tetigit oculos meos, et lumen splendidum vidi in eo. Tunc baptizavit filiam eius nomine Lucillam, quam etiam ipse de fonte levavit.

Postquam autem Nemesius cum filia sua baptizatus est, ceperunt se multi ad pedes beati Stephani volutare ut baptizarentur. Et baptizati sunt promiscui sexus numero sexaginta duo in illuminatione Lucille. Ab eodem die multi etiam ex gentibus obtulerunt se beato Stephano ut baptizaret ab eo. Tunc beatus Stephanus cepit missas et concilia per criptas martirum celebrare. In ipso tempore fecit Nemesium diaconem. Tunc Valerianus prefectus requisivit Nemesium tribunum. Quem cum diu requisisset, nunciatum est ei quia cum omni domo sua baptizatus est ab illuminatione filie sue. Hoc audito retulit Valerianus Gallieno et Maximiano consulibus. Iam facto consilio constituerunt ut ubicumque inventi fuissent Nemesius sine auditione punirentur.

Veniens autem Nemesius quadam die in via Appia nocte, et ecce sacrificabatur ad templum Martis Aurelianus et Maximus. Videns hos Nemesius diaconus flexit genua orans et dicens: Domine deus celi et terre dissipa consilia diaboli ut resipiscant hii infelices et derelinquant manufacta ydola et te creatorem et dominum Ihesum Christum filium tuum cognoscant. Continuo Maximus a demonio arreptus cepit clamare voce magna dicens: Nemesius christianus me incendit, et ecce huius oratio me affligit. Eadem hora exierunt de templo et tenuerunt Nemesium, et cum eum affligerent subito Maximus consul expiravit.

Tenentes itaque pagani Nemesium diaconem, duxerunt ad Valerianum in palatio Claudii. Qui cum presentatus fuisset, dixit ei: Nemesi ubi est prudentia tua quam semper cognovimus, et consilio et actibus roborata? Respondit Nemesius diaconus cum lacrimis et dixit: Ego quidem infelix et peccator qui semper veritatem deserui et effudi sanguinem innocentem, etiam nimis oneratus peccatis, etiam modo iam sequens cognovi creatorem meum dominum celi et dominum Ihesum Christum filium eius quem in baptismo vidi qui aperuit oculos filie mee, quod nullus medicorum facere potuit, et meos cordis oculos illuminavit. Tunc iratus Valerianus iussit eum in privata custodia mancipari una cum filia sua Lucilla.

Post multos autem dies cepit Valerianus et Gallienus summo ardoris studio exquirere sanctum Stephanum urbis Rome episcopum, ut eum et clerum suum omnem exterminaret. Et posuerunt in omni civitate preconem ut quicumque eum cognovisset et divulgaret, omnem facultatem eius acciperet. Eodem tempore tenuerunt xii ex clero eius: Bonum, Faustinum, Maurum, Primitivum, Calumniosum, Iohannem, Exuperantium, Cirillum, Theodosium, Castum, Basilium et Honoratum, quos sine aliqua interrogatione capite truncari preceperunt. Quorum corpora collegit Tullius adhuc paganus et posuit in via Latina sub die kalendarum Augusti. Hoc audiens beatus Stephanus episcopus misit et vocavit Tullium quem et baptizavit et non multo post presbiterum ordinavit.

Valerianus autem misit exercitum multum et tenuit beatissimum Stepha

nostri episcopum et cum eo multos clericos [illegible]
tonem. Qui cum adducti fuissent [illegible] la
crimas ceperunt sequi. Et cum venissent ad domum va
leriani beatus Stephanus [illegible]
lerianus exorcistus est. [illegible] episcopum fra
fontis: matris eius. [illegible] beatus Stephanus dicit
Ego quidem non exito. sed moneo ne pereat cum diabolo
eterno. Valerianus [illegible] plenus dixit. Modo
tu perdis ut alii vivant. Consilium cum duci ad templum
martis. et ibi eum [illegible] si non sacrificet
deo marti. Tunc beatus Stephanus ductus est foras murum
porte appie ad templum martis et dixit. Domine deus pater
domini nostri ihesu christi qui [illegible] confusionis.
destrue et hunc locum diaboli [illegible] pereunt inno
centium. Et subito [illegible] magnus et ruit
totum templum a fundamentis. Videntes milites
fugierunt [illegible] quia multitudo
erat christianorum cum beato Stephano episcopo.

Eadem hora [illegible] Stephanus cum omnibus christi
anis usque ad domum sancte lucine: et ibi ob
tulit sacrificium deo omnipotenti. Hoc audiens va
lerianus quia multos [illegible] cum eo misit multum
exercitum militum. ut dum missas celebraret in eodem
loco sic in sede sua decollatus est sub die quarto nonas
augusti. Eadem die factus est planctus magnus christianis in eodem
loco. quo corpus sancti sepelierunt in cripta cum ipsa sede
ubi sanguis eius cucurrit in loco qui appellatur usque ho
die cimiterium calisti via appia. ubi requiescit in pace.
Alia die invenerunt quendam acolitum tharsicium nomine
portantem sacramenta corporis christi. quem tenentes et dis
cutientes quid gereret numquam potuerunt intelli
gere. Et cum lapidibus et fustibus cedentes cum emi
sit spiritum. Postmodum revoluto corpore eius nichil
invenerunt. Tunc relicto corpore tarsicii fugierunt.
Venientes autem ad portas muri appie invenerunt
multitudinem christianorum congregatam. et videntes fu
gerunt ad valerianum et cum omnia narraverunt que
facta fuissent. Eodem die collegerunt christiani corpus
beati tarsicii. et sepelierunt in cimiterio calisti via
appia. ubi prestantur beneficia intercessione beatorum
martyrum. ad laudem domini nostri ihesu christi. cui est gloria in
secula seculorum amen. [illegible] in vesperis.
[illegible] hora. [illegible] de sancto Stephano a. memoria.
Hic est [illegible] splendor mira coll.
[illegible] die sanctorum tuorum nichodemi

[illegible] gloriosi
[illegible] da nobis [illegible] de eorum
societate gaudere. Per. [illegible]

Lucianus misericordia dei indigens et omnium hominum mi
nimus presbyter ecclesie dei que est in villa caphargamala
id est in territorio ierosolimitano: omnibus sanctis qui sunt
in christo ihesu per universum mundum in domino salutem. Que
apparuit mee pusillanimitati visio [illegible]
ter de revelatione reliquiarum [illegible]
prothomartyris stephani et primi diaconi christi et nicho
demi qui in evangelio legitur et gamalielis qui [illegible]
apostolorum nominatur: necessarium duxi vestre prudenti
e in christo dilectioni: et sic cognoscant cum omnibus sin
ceritate integre indicare omnem veritatem. [illegible]

Die parasceue id est sexta feria que est tercio kalendas
decembris. adveniente nocte. dormiente
me in cubiculo meo. in loco sancto baptisterii quo consue
tudo erat mihi dormire. et custodire ecclesie [illegible]
quem ministerio [illegible] que est prima cu
stodia vigiliarum. quasi in extasi factus semivigi
lans. vidi virum senem. longevum. [illegible]
est dignum sacerdotio canum. barba prolixa [illegible]
pallio albo stola. [illegible]
habentem in consecutum sancte crucis signum. virgam [illegible]
manu habens. et veniens stetit ad dexteram [illegible]
meam: et pulsavit me ter. vocans nomine meo dicens
Luciane. luciane luciane. Et dixi ei. ego [illegible]
mone. Vade in civitatem que dicitur helya. que est ierlm
et dic iohanni episcopo. Quamdiu clausi sumus [illegible]
tur sacerdocii oportet nos revelare.

Ego lucianus cum requirere quis esset [illegible] ego sum
gamaliel qui paulum apostolum christi nutrivi et [illegible]
docui in ierlm. et qui mecum est ad orientem [illegible]
monumento iacens. ipse est dominus stephanus [illegible]
iudeis lapidatus est. [illegible] nichodemus qui [illegible]
nocte [illegible] discipulis baptizatus [illegible]
[illegible] dominum stephanum [illegible] mea
caphargamala. quod [illegible]
quos ego manu mea cum [illegible] sepelivi.
Similiter et abibas filius [illegible] qui mecum
christi baptismum accepit [illegible]
ante me mortuus est et sepultus est in [illegible] ex
celsiori [illegible] et ego ipse postea [illegible] sepul
tus sum. Interrogavi autem ego eum dicens. Ubi vos
queremus? Qui dixit mihi. In meo proastio [illegible] qui po